

tis. et replebit eum spiritus timoris domini.

Ex videtur obuiare premissio.

**His autem videtur**

obuiare quod Beda de timore domini dicit super parabolas scilicet quod omnis timor in futuro cessabit. At enim sic super illum locum Timor domini principium sapientie. duo sunt timores domini. scilicet uilis qui principium est sapientie. et amicalis qui perfectionem sapientie comitatur. Seruilis principium sapientie est. quod qui post errata sapere incipit. Ideo timore corripitur diuino ne puniatur. Sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Quod non excludit charitas sed augere. quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offedat. uterque in futuro cessabit. charitas uero nunquam excidet. Augustinus uero super illum locum psalmi. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. timorem dei desiturus dicit sic. Timor domini est magnum presidium proficientibus ad salutem sed peruenientibus foras mittitur. Non ergo timet iam amicum cum scilicet ad id quod repositum est producti fuerint. Ex his autoritatibus significatur quod timor non erit in futuro. Si autem timor non fuerit in futuro. ergo nec septem dona erunt nec modo sunt in angelis siue in animabus sanctis. Ad quod dicimus autoritatum premissarum que videtur repugnantiam dirimemus quod. vij. illa dona et in angelis modo sunt et in animabus sanctis feliciter uiuentibus. et in nobis erunt in futuro. sed non hebebut omnia hos usus siue hec officia que nunc habent ut uerbi gratia. Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus et ne separemur ab eo. facit etiam nos reuereri eadem. In futuro uero faciet nos reuereri quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis nunc est in angelis uel in animabus sanctis nec in nobis erit et in futuro. sed reuerentia que est mixta cum subiectione dilectionis. que etiam in christo fuit sicut apostolus

dicit in epistola ad hebreos loquens de christo. qui exauditus est pro lua reuentione. quidam tamen sine effectu timorem in christo et in angelis tantum esse contendunt.

Plena timorum distinctio.

**Et quia de timore**

tractandi nobis occurrit locus. sciendum est quattuor esse timores. scilicet mundanum siue humanum. seruillem. iniciale. castum uel filialem uel amicalem. Humanus timor est ut ait Cassiodorus. quando timemus pati pericula carnis. uel perdere bona mundi propter quod delinquimus. hic timor malus est qui in primo gradu cum mundo deserit quem dominus prohibet in euangelio dicens. nolite timere eos qui occidunt corpus. etc. Timor autem seruilis est ut ait Augustinus cum per timorem gehenne continet se homo a peccato quo presentiaz iudicis et penas meruit et timore facit quicquid boni facit. non timore amittendi eternum bonum quod non amat. sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi. sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et uilis: licet insufficientis per quem fit paulatim consuetudo iusticie. et succedit inicalis timor quando incipit quod durum erat amari. et sic incipit excludi uilis timor a charitate. et succedit deinde timor castus siue amicalis. quo timemur ne sponsus tardet. ne discedat ne offendamur ne eo careamus. Timor iste de amore uenit Ille quod uilis est et uilis. sed non permanens in eternum ut iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collatio predictorum.

**Et attende quod quat**

tuor distinctiuntur timores cum supra beata duos dixerit esse. Sed beata humanum timorem premissit. et noie uilis duos que hic distinctim complexus fuit scilicet seruillem et iniciale. Amicale uero castum dicit Augustinus quod seruillem et castum timorem aperte discernit. dum epistola ad roma

Raa 16

enth. Teil I und III: H 11005 (I, III), BMC III, 7646 (I, III); Göttingen 11-442.  
Kont. ge. / 18. Aug. 1993.